Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium tertium

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Dubium Tertium Quid sit Propositio Categorica, et Hypothetica. /.

Cum divisio propositionis in Categoricam et Hypothe-
ticam fiat ut diximus, penes substantiam propositionis materiam
se: et formam, et substantiam propositionis suo modo constituant
p aliam et aliam p in Categorica et hypothetica. sub,
stan. e. sit citus prior aliis, quibus substat, ideo et prius
de his membris divisis eo loco supra posito, quaerimus
Et in primis de Categorica Quaeritur, quidnam
illa sit? De qua Autores hunc criter afferre
solent definit. Propositio Categorica est, quae
habet subiectum et Praedicatum et copulam tanquam
partes sui principales, ut haec propositio, homo est animal,
est Categorica propositio. quae habet subiectum et praedicatum princi-
palem unicum, et non plura. habet et unicam copulam prin-
cipalem. in propositione namque categorica plures copulae
esse non possunt nisi forte una sit minus princi-
palis altera principalis. hoc n. modo possunt et
in propositione Categorica plures copulae reperiri.
Nomine subiecti hic intelligi id de quo in propositione
Praedicatur. Illud vero nomine Praedicati quod de subiecto
Praedicatur.
Copula vero vocatur id quod nectit et unit Praedicatum cum
subiecto, et haec aliquando ponitur explicite. ut cum dico
Petrus est doctus. Aliquando vero Implicite. ut cum dico

Petrus

Definitio propositionis Categorica, vocalis.

Subiectum et Praedicatum quid?

Copula duplex. Explicita. Implicita.

Petrus disputat. Et quocunque modo ponuntur explicite
sive implicite, ssse propositio
A, qua doctrina non multum differt ab qualiis hic
Nominales dicentes, copulam aliquando distinctam a sub-
iecto et praedicato, ut in hac propositione homo est animal. Aliquando
vero copulam non distinguunt a praedicato, sed esse simul
ipsum praedicatum. ut hic. homo ambulat. Verbum n. ad-
iectivum continet, significat unitive esse ipsum unire
cum subiecto. Tales ergo propositiones vocant categoricas
id est praedicatorias. qua in illis unum praedicatur de alio.
Verum dubitas circa hanc definitionem an sit communis
definitio propositionis categoricae in communi, prout scilicet: continet ad
vocalem, mentalem et scriptam. Et ratio dubitandi
haec est. Nam si definitio propositionis categoricae in communi petit
quod habeat subiectum, praedicatum et copulam, tanquam
partes suas principales, sequitur, quod non detur propositio
categorica mentalis, quod est contra communem sententiam
doctorum. Sequela vero probatur. Nam propositio mentalis
est actio simplex et quaedam qualitas, quae non habet subiec-
tum et praedicatum, tanquam partes suas principales, imo
nullas partes in ipsa reperiuntur, ut dictum est in Dubio 2º.

Ad hanc dubitationem respondeo cum posset 1º.
quod tum hic definiri ab propositionem categoricam vocalis,
utpote quae tyronibus magis nota planibus nostris
magis apparata, relicta mentali propositione quod quod
ad altiorem considerationem spectat. Sed dico 2º.
Datam definitionem et accommodari posse propositioni mentali
aliquam n. cum sit actus, ora enuntiativa habebit et
id de quo enuntiet: et id quod enuntiet. Hoc autem est
habere subiectum et praedicatum, nec hoc repugnat eius
simplicitati; non n. dicimus propositionem mentalem
habere praedicatum et subiectum eo modo quo habet
propositio vocalis id est sicut propositio vocalis est composita
ex praedicato et subiecto tanquam pluribus vocibus; ita
et mentalis habeat praedicatum et subiectum tanquam propositio
com

Copula est et loco praedicati.

Definitio propositionis Categoricae dicitur propositio vocalis.

composita ex multis conceptibus praedicati et subiecti
sed tantum volumus quod propositio mentalis categorica
cum vere enunciet unum de alio habeat et id quod
enunciet, et id de quo enunciet, tanquam expressa
terminis enunciandum. Non quod semper ex
praedicato et subiecto propositio constet componatur, sed potius
praesupponit illa, ex quibus tum componatur, sed potius
thesis dicit nihil aliud, quam praesuppositis esse apprehensis
esse, vel non esse, quod indicat. Itaque
quod propositio mentalis quod aliis verbis solet dici
praedicatum et subiectum, obiective considerata habeat
Posset autem propositio categorica facilius negari in
communi quod nullus poterit difficultas hac parte definiri.
Propositio categorica est Oratio unius de altero
enunciativa. Quae definitio rectissime potest omni
propositioni categoricae tam vocali quam mentali
vel scriptae accommodari. nec dicas hanc definitionem
coincidere cum propositionis definitione in communi, quod absurdum est.
definitio enim inferioris alicuius debet esse definitio
definitionis communis sub quo illud continetur. non omnino
quamquam, ut dicitur: nam absolute enunciare aliquid
de aliquo. et absolute enunciare aliquid
de altero. nam primum quidem definitio propositionis in communi con-
venit omni propositioni et hypotheticae. haec namque, propositio
vere aliquid de aliquo enunciat, ut hypothetica,
de disputatione Petri et responsione Pauli enunciat simul
contingant aut fiant. At propositio categorica
non tantum enunciat aliquid sed etiam unum
de altero. Sic verum dantem ea qua componitur
to. hypothetica enunciat aliquid sed non unam
partem ex qua componitur de altera parte
nam una categorica propositio affirmatur de altera
ex quibus componitur hypothetica, ut patet;

In quo

Propositio Categ: mentalis habet praedicatum et subiectum obiective tantum, non semper.

Definitio propositionis Categ: distinctior.

In quo differt propositio categorica qualiter ab hypothetica.

Propositio hypotheticae definitio.

Propositio hypothetica est illa, quae habet plures propositiones categoricas aliqua coniunctione unitas, vel alias orationes ex quarum coniunctione resultat verum vel falsum tamquam partes sui principales. Ut haec sequens propositio. Ut haec, Petrus loquitur et Paulus ambulat. et haec. Si Petrus volaret haberet alas.

Differt propositio hypothetica a categorica 1o. Quod categorica habeat tantum unum praedicatum et subiectum et copulam: hypothetica vero plura subiecta et praedicata ut Petrus est doctus et Paulus est negligens.

Differt 2o. Quod copula propositionis categ: principalis sit verbum aliquod. Hypothetica adverbium aliquod vel coniunctio. Ut sunt. Et. Vel. Si. et aliae

Differt 3o. Quod categorica enunciat unum de alio tamquam praedicatum de subiecto. quia eius copula est verbum cuius munus est unire praedicatum cum subiecto At propositio hypothetica non enunciat unum de alio tamquam praedicatum de subiecto, sed tantum statuit aut annuntiat aliquam connexionem inter duas propositiones categ: vel orationes, ex quibus unitis resultat sensus verum vel falsum.

Genus, Propositio.

Eorum genus in hac definitione, est nomen, Propositio: quod licet explicite non ponatur est tamen subintelligendum, quod sicut dicta non est verum genus respectu propositionis categoricae et hypoth: sed est quasi analogum quod vicem generis gerit.

Differentia.

Loco differentiae sunt particulae reliquae, scilicet quod sit propositio complectens plures propositiones aliqua coniunctione unitas, vel plures orationes ex quibus unitis resultat verum vel falsum, tamquam partes sui principales. in quibus verbis tres supra positae differentiae insinuantur ut inspicienti patet. Illam particulam: aliqua coniunctione unitas, intelligi, [illegible] propositione coniunctivas quae apud [illegible] Grammaticos

maticas coniunctio &c. Et excludunt conjunctiones
verbales quales sunt in categ: propositionibus. unde
si vel multae propositiones categ: vel orationes, si careant
tali coniunctione non efficiunt propositionem hypothe-
ticam. ut si dicas: Homines loquuntur alij. Petrus legit. Amandus est diligens
vel alius orationes non efficiunt propositionem hypotheticam. Addendum est
vel falsum: ad indicandum non esse necessarium
ad hypotheticam cum qua componatur ex categoricis propositionibus
sed sufficit si componatur ex orationibus ex quibus unitis resul-
tat verum vel falsum. quod utique de coniunctis intelli-
gendum est. Ut haec propositio: Si Petrus volaret haberet
alas. est vera hypothetica conditionalis. et tamen non
constat duabus propositionibus categ: ut patet. Ergo.

Contra definitionem propositionis categ: sic explicatam

Obiicies 1o. Haec propositio: Petrus et Paulus sunt
sancti et sapientes, est propositio categ: et tamen habet
plura subiecta et praedicata. ergo falsum propositionem
categ: habere tantum unum cum subiecto et praedicato.

R. concedo ma: quod sit propositio categ: et nego min:
non n. habet subiecta plura et praedicata, habet tamen
subiectum complexum et praedicatum complexum quod propositioni
categ: non repugnat.

Obiicies 2o. Haec propositio Petrus et Paulus do-
cuerunt legem Christi, constat tamen una copula
principali, et tamen est hypothetica. ergo non recte
dictum est propositionem categ: distingui ab hypoth:
in eo quod habeat unam copulam principalem.
probatur min: illa propositio aequivalet huic hypothe-
ticae. Petrus docuit legem Christi, et Paulus do-
cuit legem Christi. ergo est hypothetica.

R. Concedo totam maj. et nego min: ad
cuius probationem dico illam aequivalere hypotheticae
copulativae tamen illam esse hypotheticam ex modo
significandi, quod tamen attendi debet in propositione

Obiectio 1a contra definitionem propositionis categoricae.

Obiectio 2a.

Obiicies

Obiectio 3a. Obiicies 3o. Haec propositio Petrus qui disputat est doctus. Amandus qui habet ... optimus. et aliae propositiones sunt categoricae, et tamen habent plures copulas, ut patet. ergo non est propositio categorica una tantum habet copula.

Copula Implicatis. R. Notandum duplicem esse copulam. Aliam implicatis, scilicet illam quae se tenet ex parte unius extremi instar unius subiecti ... et dicitur copula implicatis, quia veluti implicatur et includitur in aliquo extremo, quae est copula

Copula Principalis. minus principalis. Aliam vero esse Principalem copulam, quae nihil est aliud quam verbum, quod nunquam ... in propositione exercet unionem praedicati cum subiecto, nunquam se tenet ex parte unius extremi subiecti scilicet seu afirmat potius in propositione. unde ad argumentum dicitur, illas esse propositiones categoricas si copulas ... ut copulas implicatis, sic ... quae copulas minus principales, quas simul cum principali habere non repugnat propositioni categoricae. Ex his ... notandum ... doctrina utilis ad dignoscendam naturam propositionis categoricae et Hypotheticae: nam ... propositio constans subiecto complexo est hypothetica aut composita ut quidam ... dico ... aut ... rationis ... hae n. propositiones categoricae sunt et simplices, vocanturque propositiones de praedicato vel subiecto complexo, et ... illae propositiones

Omnes propositiones una copula verbali constantes sunt simplices. erunt simplices quae constant tantum una copula verbali principali, sive extrema sint simplicia sive complexa. Ratio huius est, nam in arte factis unitas vel multiplicitas petenda est ex forma totali et non ex materia; forma autem in propositione artificialis, tamen quae dicitur ratio est copula seu verbum. Ergo ex illa petenda erit distinctio propositionum

Dub. Quarti: